

sus Tigri. Dexteriore autem alueo Babylonem, quondam Chaldaea caput petit, mediamque; permeans, item quam Otrin uocant, distrahitur in paludes. Increfcit autem & ipse Nili modo statis diebus, paulum differens, ac Mesopotamiam inundat sole obtinente uicesimam partem cancri. Minui incipit * in uirgine & leone transgresso. In totum uero remeat in uigesimona parte uirginis.

Cilicia & adiunctae gentes Isauricae, Homonadum, Pisidia, Lycaonia, Pamphylia, Taurus mons, Lycia.

CAP. XXVII.

SEd redeamus ad oram Syriae, cui proxima est Cilicia. Flumen Diaphanes, mons Crocodilus, portae Amanis motus. Flumina, Andricus, Pynarus, Lycus, sinus Issicus. Oppidum Issos, inde Alexandria: flumen Chlorus, oppidum Aegae liberum, amnis Pyramus, portae Ciliciae: oppida, Mallos, Magarsos, & intus Tarsos. Campi Alei: oppida, Cassipolis, Mopsos liberum Pyramo impositum, Thinos, Zephyrium, Anchiale. Amnes, Saros, Cydnus, Tarsum libera urbem procul a mari secans. Regio Celendiritis cum oppido. Locus Nymphaeum, Solae Ciliciae, nunc Pompeiopolis, Adana, Cybira, Pinara, Pedalia, Halix. Arsin oes, Tabae, Doron. Iuxtaque; mare Corycos, eodem nomine oppidum & portus & specus. Mox flumen Calicadnus. Promontorium Sarpedon: oppida Olme, Myle, promontorium & oppidum Veneris, a quo proxime Cyprus insula. Sed in continenti oppida, Myanda, Anemurium, Coracesium, finisque; antiquus Ciliciae Melas amnis. Intus autem dicendi Anazarbeni, qui nunc Caesaraugustani, Castabala, Epiphania, quae antea Emiadus, Eleusa, Iconium. Seleucia supra amnem Calicadnum Trachiotis cognomine, a mari relata, ubi uocabatur Hormia. Praeterea intus flumina, Liparis, Bombos, Paradisus. Mos Imbarus. Ciliciae Pamphylia omnes iunxere neglecta gente Isaurica: oppida eius intus Isaura, Clibanus, Lalassis fluminis: decurrit autem ad mare Anemurii regione suprascripti. Simili modo omnibus qui eadem composuerunt, ignorata est cotermina illi gentis Homonadum, quorum intus oppidum Homona. Caetera castella xlii. inter asperas conualles latet. Insidet uertice Pisida, quondam Solymi appellati, quorum colonia Caesarea, eadem Antiochia. Oppida Oroanda, Sagaleffos. Hos includit Lycaonia in Asiaticae iurisdictione uersa, cum qua conueniunt Philomelienses, Tymbriani, Leucolithi, Peltemi, Hyrienses. Datur & tetrarchia ex Lycaonia, qua parte Galatiae contermina est, ciuitatum xlii. urbe celeberrima Iconio. Ipsius Lycaoniae celebrantur Tembasa in Tauro, Sinda in confinio Galatiae atque Cappadociae. A latere autem eius super Pamphylia ueniunt Thracum soboles, Milyae, quorum Aricanda oppidum. Pamphylia ante Mopsopia appellata. Mare Pamphylia Cilicio iungitur. Oppida eius Side, & in monte Aspendum, Plantanius, Perga: Promontorium Leucolla. Mons Sardemius, amnis Eurymedon iuxta Aspendum fluens: Cataractes iuxta quem Lyrnesus & Olbia: ulti-

maque; eius ora Phaselis. Iunctum ei mare Lycium est, gensque; Lycia, unde vastus sinus. Taurus mos, ab Eois ueniens littoribus, Chelidonio promontorio determinat. Immensus ipse, & innumerarum gentium arbiter dextero latere septentrionalis, ubi primum ab Indico mari exurgit, leuo meridianus, & ad occasum tendens: mediamque; distrahens Asiam, nisi opprimeti terras occurrerent maria. Resilit ergo ad septentriones, flexusque; immensum iter quaerit, uelut de industria rerum natura subinde aequora opponente, hinc Phoenicum, hinc Ponticum, illinc Caspium & Hyrcanum, contraque; Maoticum lacum. Torquetur itaque; collisus inter haec claustra, & tamen uictor, flexuosus euadit usque ad cognata Riphaeorum montium iuga, numerosis nominibus & nouis quacunque incedit insignis: Imaus prima parte dictus, mox Emodus, Paropamisus, Circius, Cambades, Pharphariades, Choatras, Oreges, Oroandes, Niphates, Taurus. Atque; ubi se quoque; exuperat, Caucasus: ubi brachia emittit, subinde tentati maria similis Sarpedon, Coracesius, Cragus, iterumque; Taurus: etiam ubi dehiscit, sequitur; populis aperit, portarum tamen nomine unitatem sibi vindicans, quae alibi Armenia, alibi Cassia, alibi Cilicia uocantur. Quinetiam contractus, effugiens quoque; maria: plurimis se gentium nominibus hinc et illinc implet: a dextra Hyrcanus, Caspius: a leua Pariedrus, Moschicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In uniuersum uero Graece Ceraunus. In Lycia igitur, a promontorio eius oppidum Simena, mons Chimera noctibus flagrans, Hephaestium ciuitas, & ipsa saepe flagrantibus iugis. Oppidum Olympus ibi fuit, nunc sunt montana, Gage, Corydalla, Rhodiopolis. Iuxta mare Lymira cum amne, in quem Arycandus influit, & mons Massycites, Andriaca ciuitas, Myra. Oppida, Apyre, & Antiphellos, quae quondam Habessus, atque; in recessu Phellus. Deinde Pyrrha, itemque; Xathus a mari xv. M. pass. flumenque; eodem nomine. Deinde Patara, quae prius Sataros, & in monde Sydima. Promontorium Cragus. Ultra par sinus priori. Ibi Pinara, & quae Lyciam finit Telmessus. Lycia quondam lx. oppida habuit, nunc xxxvi. habet. Ex his celeberrima praeter supra dicta Canas, Caduiba ubi laudatur Oenii nemus. Podalia, Choma influente Adesa, Cyane, Ascandalis, Amelas, Noscopiium, Tlos, Thelandrus. Comprahedit in mediterraneis Cabalia, cuius tres urbes, Oenoada, Balbura, Bubon. A Telmesso Asiaticum mare siue Carpathium, & quae proprie uocatur Asia. In duas eam partes Agrippa diuisit. Unam inclusit ab oriente Phrygia & Lycaonia, ab occidente Aegeo mari, a meridie Aegyptio, a septentrione Paphlagonia. Huius longitudinem ccclxx. M. pass. latitudinem ccc. M. fecit. Alteram determinauit ab oriente Armenia minore, ab occidente Phrygia, Lycaonia, Pamphylia, a septentrione prouincia Pontica, a meridie mari Pamphylia, longam d. lxxv. M. pass. latam cccxxv. M. In proxima ora Caria est, mox Ionia, ultra eam Aeolis. Caria mediae Doridi

* in uirgine
& leone traf
gress.